UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Lucania cis Apenninum, seu olim Regio Posidoniatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

§. 4. *Lucania, & Lucani.*

NVM. I. *Lucania cis Apenninum, ſeu olim Regio Poſidoniatum:* hodie vne partie de la Principauté Citerieure, & vne partie de la Calabre Citerieure.

VRBES MARITIMÆ POSIDONIATVM.	TEMPLVM IVNONIS ARGIVÆ, ad oſtium Fl. Silari verſus Picentinos quibus tribuitur à Strabone: hodie *Torre.*
	Portus Alburnus: *Alfurno,* ruinæ vrbeculæ.
	PÆSTVM, ſeu POSIDONIA, incolæ Poſidoniates, à Neptuno ſic dicta. Condita eſt à Dorienſibus vt vult Solinus, à Sybaritis vt Scymnus; certè Strabo ait Lucanos hanc ademiſſe Sybaritis, Lucanis Romanos: hodie *Rudera Pieſti*, ab indigenis.
	VELIA, quæ antea Helia, & Hyele; à Phocenſibus condita cùm Harpagus Phocæam cepiſſet: poſtea ELEA dicta, patria Parmenidis, Zenonis, & aliquot Pythagoreorum: hodie *Caſtel à mare della Brucca.*
	PALINVRVS portus, cuius meminit Halicar. lib. I. hodie *Palinuro.*
	BVXENTVM, ſeu Pyxus untis, Πιξȣς Græcis, apud Diodor. corruptè Teuxus, Pixis Stephano à quo malè in mediterraneis Oenotrorum collocatur: hodie *Polycaſtro*: Leander putat eſſe *Piſciota*, quia nunc hîc magna Buxi copia.
VRBES MEDITERRANEÆ.	ATINVM: *Ateno;* quod oppidum alluit Tanager ibíque hauritur: incolæ Atinates Lucani.
	Sontia, incolæ Sontini Plinio: *Sanza.*
MONTES.	ALBVRNVS celebratus à Marone: hodie etiamnum œſtris infeſtatus, & dictus *Monte di Poſtiglione.*
	CALAMATIVS, Calamarius Frontino, & apud eundem corruptè alibi Cathena, vbi Licinius Craſſus Spartaci ſocios deuicit: *Monte di Cappaccio.*
FLVVII	SILARVS, Silaris & Siler, fortè Ariſtotelis Cetus: hodie *Selo & Silaro.*
	TANAGER cadens in Silarum: hodie *Negro*, quem ait Vir-

POSIDONIATVM.

Virgilius exſiccari; veriùs Plinius tacito eius nomine ait in Campo Atinate per 20. paſſ. millia condi, hodie tantùm 4. paſſuum millibus non apparet.

Calor: *il calore.*

Stagnum Salſum, vbi Spartacus ſuas copias refecit, vallo Craſſi ſuperato, non procul à Pæſto: *Fiume Salſo.*

Elea ad Veliam vrbẽ cui & nomen poſtea dedit: *Piſciota.*

Hales, ſeu Helees: *Halente.*

Melphes: hodie *Molpha*, *Melſa*, & *Molpa* ſupra Pro. Palinurum.

LAVS, terminus Lucanorum, & Brutiorum: *Laïno.*

PROMONTORIA.

Poſidium è regione Inſulæ Licoſiæ: hodie ab eâ *Capo di Licoſa.*

PALINVRVM, olim Phrygij gubernatoris, nunc loci nomen Melæ, & Dionyſ. Halic. hodie *Capo di Palinuro.*

SINVS POSIDONIATVM.

PÆSTANVS, ſeu POSIDONIATES; innuit Strabo lib. 5. priùs Poſidoniatem dictum eſſe, deinde Pæſtanum: coërcebatur Poſidio & Mineruæ Promontoriis: hodie *Golfo di Salerno.*

ELEATES Romanis VELINVS Sinus & portus, vnde Maro 6. Æneid.

—portúſque require Velinos,

aliter & Velienſis Sinus, inter Promontoria Poſidium & Palinurum: *hodie quod ſciam nomine caret.*

LAVS inter Palinurum Prom. & Laï Fl. oſtia: *hodie Golfo di Policaſtro.*

De Inſulis agemus capite proximè ſequenti.

NVM. 2. *Lucania trans Apenninum, ſeu olim ditio Sybaritarum: hodie* vne grande partie de la Baſilicate, & vne partie de la Calabre Citerieure.

VRBES

METAPONTVM, antea Metabum: hodie *Torre di Mare*; opus Pyliorum fuit, & eius vrbis incolæ ditiſſimi erãt maximè ob agriculturam, ideóque Delphis famoſiſſimam illam auream meſſem dedicarant. Cætera apud Strabonem lib. 6. lege, & Euſtathium, qui tamen